



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Sapientia uera suis coloribus depingitur. Cap. XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

Et spiritus et mundaret sibi, in sanguine suo, populū acceptabilem, sectatorē bonorum operū. Hęc aut̄ sex, omnes doctores sancti prisci & neoterici docent cōcorditer. Vnde consequens est, tubam euangelij, hoc loci, nō solū libri canonicos designasse, cum dicit, om̄is scriptura diuinus inspirata: sed etiam sanctorū doctorū lucubrations et documenta: per quę canonici libri ad amissim luculentissimè atq; verissimè sunt declarati et illustrati.

Luderanorum verò doctrina impia, sic sacra deprauatur scriptura et adulteratur, vt fides electorum et veritatis 1. Pet. 3. obliteratur, virtus seminatur, virtutes proscribantur, mo- 2. Cor. 2. res corrumpantur, et ad omnia opera bona viri illius via, et mulieres, reprobi reddantur. Libentius enim de diabolo, quād de bonis operibus sermonem audiunt: Ideo op- posita huic scopo docent et faciunt.

Sapientia uera suis coloribus depingitur. Cap. XXIII.

Illa est vera sapientia, quę desursum descendit à pa- A
tre luminum, in animas sanctas se transfert, & amicos Iacob. 1.
Dei ac prophetas constituit. Hanc suis coloribus graphi- Sap. 7.
cę Apostolus Iacobus delineans, ait: Sapientia vera, primū
pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis con- Iacob. 3.
sentiens, plena fructibus bonis & sine omni simulatione.
Per hanc sanati sunt & saluati, quotquot Deo placuerunt
ab initio. Et neminem Deus diligit, nisi qui cum hęc sa- Sap. 7.
pientia inhabitat.

Luderanorum sapientia primum impudica est, pacis im B
patiens, dissensiones seminans & turbationes, immodera-
ta, pertinax & obstinata in malicia, malis consentiens, ple-
na crudelitatis & operibus malis, & ipsissima fictio & si-
mulatio maledicta. Nam diabolica est, terrena & animalis, 1. Ioan. 2.
diabolicos, terrenos & bestiales reddens suos professores,
vt ex fructibus eorum est cernere.

G 2 Lude-